

50. 4.  
Σὺν τῷ Τελομεγίστῳ  
ἩΛΙΟΤΡΟΠΙΟΝ

Sive de

# PIETATE

DISPUTATIO PHILOSOPHICA

Quam

*Cum consensu & approbatione Ampl. Fac. Phil.  
in inelyta ad Auram Academia*

Sub PRÆSIDIO

VIRI

*Nobilissimi atque Consultissimi*

DN. SAMUELIS GYDENSTRÆPES  
De Kerrheim Hæred. Polit. & Hist.

Professoris celeberrimi, Promotoris sui  
optimi.

*Pro Gradu Magisterii* 12.

Candidè Philosophantium examini modestè sistis

NICOLAUS CRUCELIUS  
Suderm. Svecus.

*In Audit. Max. Anno salutis 1679. d. 8. Nov.  
boris ab octavâ antemeridianis.*

ABOÆ,

---

*Excus. apud Viduam Hans. A. Typogr.*

Sacræ Regiæ Majestatis,

*Viris*

Inviçtæ pietatis & fidei,

*Dominis*

Genere pariter ac Virtute maximè Nobilibus.

DOMINO

**NICOLAO GYLLENSZÄPPE**

Hæred: de Jafolla & Sårstadh S. R. M. à  
consiliis Cancellariæ, & Secretario fideliss.  
atque judici territoriali in Åstis & Hising  
æquissimo.

**DANIELI GYLLENSZÄPPE**

Hæred. de Ingoisberg & Heinesforß/ Regii  
Dicasterii Aboëns. Assessori graviss. & in sup:  
Saratunda territoriali judici accuratiss:

**SAMUELI GYLLENSZÄPPE**

Hæred: de Kerrheim/ Polit. & Hist. Pro-  
fessori in almâ Aboënsi Academia am-  
plissimo.

**CAROLO GYLLENSZÄPPE**

Hæred: de Jafolla & Kerrheim/ inter Se-  
renissimi Regis nostri corporis custodes  
maximè strenuo.

**GUSTAVO GYLLENSZÄPPE**

Hæred: de Jafolla & Kerrheim/ Universæ  
cohortis Nobilium Finlandiæ, Hospitio-  
rum Magistro expeditissimo.

*Dominis, Meccænatibus, Patronis ac  
Promotoribus suis benignissimè  
Felicitem perennem!*

Nobilissimi Domini, Meccenates,  
Patroni & Promotores Optimi!



*Heliotropium*, florum corona,  
solem manè orientem ex-  
pansis semper folijs hilari  
quasi fronte salutat, salu-  
tatum, obstantibus non ra-  
ro in aëre nubibus, miro na-  
tura instinctu alacriter sequitur, donec sub-  
eunti tandem valedicat; sed nec densissima  
noctis tenebra, nec vasta opacitas terra ipsi  
impedimento esse possunt, quin, magneticâ  
ceu vi circumactum, circulum unâ cum  
sole absolvat, iterumque emergentem blando  
veneretur affatu. Haud aliter Pietas atq;  
Religio, flos ille virtutum fragrantissimus,  
Solem, nunquam deficientem, Deum, imme-  
diatè respicit, facitque mirâ ope, ut in ad-  
versis aequè ac secundis, imo ipsa morte, in-  
dissolubiliter ipsi adhareamus, ipsumque in-  
defessè spectemus; atque sic nos Deo, Deum  
nobis, oculto nexu conjungit religatque. Sed  
quis-

quemadmodum, teste Plinio, duo sunt Heliotropij genera, majus scilicet, in pinguibus tantum locis soloque cultiori nascens, & minus, ubique proveniens magisque familiare; sic Pietas alia non nisi in vallibus Ecclesie, fontibus Israëlis, crebris illic pullulantibus rivulis, irrigata, sacroque Spiritus S. afflatus susurro subinde refocillata, florens; alia verò extra Ecclesie pomaria circumcirca virens. Quam arctis inclusam disputationis cancellis, Vobis, Illustria prorsus pietatis Exempla, humiliter nunc offero atque dedico. Serenâ ergò fronte, Domini gratiosissimi, munusculum hocce, leve quamvis, accipite, atque sicut hætenus, Regni Svecici, Reip. literaria, meorumq; studiorum Aureæ este Columnæ, Aurea Fulcra. Valete Domini Benignissimi, Deo commendatissimi!

Dabam Aboæ

29. Oct. 1679.

**Nominum Vestrorum**

*cultor devotissimus*

**N. CRUCELIUS.**

I. N. S.

DISPUTATIONIS DE PIETATE,  
*Thesis Prima Prooemialis.*



Alustius, decus illud do-  
ctorum, bona corporis,  
fortunæ, atq; animi æqui-  
ori lance diu satis cum  
perpendisset, in hæc tan-

dem erumpit verba: *Divitiarum & for-  
ma gloria, fluxa atq; fragilis est; virtus  
clara aternaq; habetur.* (α) Idque non  
minus rectè quam pulchrè: Virtus  
namq; hoc unicum est quod contigit  
*immortale mortalibus* inquit Seneca. (β)  
Verum enimvero, quod ill: in genere  
de virtute, illud ipsum de *Pietate*, peren-  
ni illo omnium virtutum fonte, in spe-  
cie dixisse certè non pœnitebit: *Μείζων  
ἢ ἀγέλῃς μὲνδὲς ἡμᾶς πότε πείθῃ τῆς εὐσε-  
βείας εἶναι τῷ θεῷ γένοι*, teste Platone. (γ)

A

Hæc

(α) *Sal. Catil. c. 1. p. 1.* (β) *Sen. Ep 98. p. 8.*  
(γ) *citante Vandel. Phil. mor. l. 1. c. 8. sb. 1. p. 1.*

## Consilio &amp; Virtute

*Speçtatissimis*

D. ALBERTO ROSENUM  
Curia Aboënsis Senatori Gra-  
vissimo.

D. GABRIELI VALENTINI  
in magno ducatu Finlandiæ vectiga-  
lium majorum Præfecto accuratif-  
simo.

D. BARTHOLDO JESZINGE  
Urbis Aboënsis Mercatori inter pri-  
marios haud postremo.

*Dominis, Fautoribus & Bene-  
factoribus suis Propensissimè  
disputationem hanc gradua-  
lem inscribit*



DISPUTATIONIS DE PIETATE,  
*Thesis Prima Proœmialis.*

Alustius, decus illud do-  
ctorum, bona corporis,  
fortunæ, atq; animi aequi-  
ori lance diu satis cum  
perpendisset, in hæc tan-  
dem erumpit verba: *Divitiarum & for-  
mæ gloria, fluxa atq; fragilis est; virtus  
clara aternaq; habetur.* (α) Idque non  
minus rectè quam pulchrè: Virtus  
namq; hoc unicum est quod contigit  
*immortale mortalibus* inquit Seneca. (β)  
Verum enimvero, quod illi in genere  
de virtute, illud ipsum de *Pietate*, peren-  
ni illo omnium virtutum fonte, in spe-  
cie dixisse certè non pœnitebit: *Μείζον  
ὄν ἀρετῆς μηδὲς ἡμᾶς πότε πείθη τῆς εὐσε-  
βείας εἶναι τῷ θρησκῷ γένει*, teste Platone. (γ)

A

Hæc

(α) *Sal. Catil. c. 1. p. 1.* (β) *Sen. Ep. 98. p. 8.*  
(γ) *citante Vendel. Phil. mar. l. 1. c. 8. 1b. 1 p. 1.*

Hæc virtutum prima non modo, sed reliquarum origo, dux atq; fundamentum haud immeritò audit: Ἀρχὴν ἀρίστην πάντων τῶν ὄντων Θεὸν, ἀρετῶν δ' εὐσεβείαν olim fassus est Philo; (δ) qua sublata, fides etiam, societas generis humani, & una excellentissima virtus Iustitia, imò omnis probitas tollitur, dicente Cicerone. (ε) Pietas seu religio, anima Rerumpubl: semper fuit, cum qua crescente creverunt, decrecente verò expirarunt, quemadmodum longa historiarum series, cum quotidiana experientia abundè commonstrat: Sic omnia eveniunt prospera colentibus Deum, adversa spernentibus! (ζ) Ciconia nempe supra turrin nidificat, sanctitateque loci majorem sperat securitatem; & regnum triangulari Ecclesiæ lapidi superstructū, firmū erit atq; æternum. (η) Pietas est quæ Regi authoritatem conciliat & securitatem, facitq; ut nihil nisi divinâ ope aggredi videatur Princeps: (θ) ἡ τ-

του

(δ) idem ibidem, (ε) Cic. lib. 1. de Nat. Deor.  
 (ζ) Liv. lib. 5. c. 15. p. 7. (η) Didac. Saavedra  
 dea Princ. Symb. 25. (θ) Curt. 1. 3, 6, 18.



τὸν τε γὰρ φοβῶνται τὸ παθεῖν τι παράνομον,  
 εἰάν δειστδαίμονα νομίζωσιν εἶναι τὸν ἄρχοντα,  
 καὶ ἐπιβυλεύουσιν ἡττον, ὡς συμμάχους ἔχοντι  
 τὰς θεάς inquit Aristoteles. (ι) Pietas  
 asylum est fragilitatis humanæ tutissi-  
 mum: μία φυλακὴ ἢ εὐσεβεία εὐσεβὲς γὰρ  
 ἀνθρώπους ἔτε δαίμων κακός, ἔτε εἰμαρμένη  
 κρατεῖ, θεὸς γὰρ ῥύεται τὸν εὐσεβῆ ἐκ παντός  
 κακῆ τὸ γὰρ ἐν ἡμόνον ἐν ἀνθρώποις ἐστὶν ἀγα-  
 θόν, εὐσεβεία. (κ) Pietas magnetis instar  
 (λ) occultā quasi vi potentiāq; morra-  
 les, cuiuscunq; fuerint conditionis ac  
 status, ad culmen ducit dirigitq; felix  
 citatis & summum beatitudinis fastigi-  
 um. Æterna deniq; est Pietas: sicut  
 namq; purificatur in igni aurum, non  
 diminuitur; sic nulla acerbitate fortuna,  
 pretium chara Pietatis vilescit, quin potius  
 eo certius quo miserius habet experimen-  
 tum. (μ)

## Thesis 2.

Accipitur autem vox Pietatis nunc la-  
 tē prout σοφίαν quoq; includit, sic

A 2

usur-

(ι) Arist. lib. 5. Pol. cap. 11. (κ) Lactant.  
 ex Trism. de orig. ev. lib. 2. c. 16. (λ) Did. Saav.  
 Id. Pr. Symb. 24. (μ) Wal. Max. lib. 5. c. 4.

usurpatur Ciceroni, ubi dicit: *Cole pietatem, qua magna in parentibus, maximè verò in patria est.* (v.) nunc strictè, pro Deâ quadam Romanorum. (ξ.) nunc propriè & adæquatè, pro veneratione Numinis, diciturque alias cultus Dei, religio &c. Latinis; Græcis verò εὐσέβεια. ὀρθοκεία, ἢ περὶ τὸ θεῖον εὐσέβεια &c. & hæc iterum vel theologica de qua apud Theologos, vel ethica quæ hujus est loci, definiturque *Virtus moralis, Deum naturâ duce agnitum, ritè colendi.* (o)

### *Thesis 3.*

**F**uerunt olim, nec etiamnum desunt, magni nominis Philosophi, qui nullum in choro virtutum moralium Pietati adsignare voluerunt locum, sed tantum virtutum decus atq; ornamentum, vel immiti damnarunt silentio, vel ad Theologiam, tanquam forum competens, planè ablegârunt, numerum virtutum ab Aristotele datum (π) pro

(v) Cic. *Sonn. Scip.* (ξ) *Plin. lib. 7. c. 36.*

(o) *Burg. Id. Ph. Mor. c. 13 p. 4. D. Gez. Enc. part. 3. pag. 35. Mic. Gyll: Coll. Eth. Disp. 4. th. 6. Ax. Kemp. Eth. c. 4. (π) Eth. lib. 2. c. 7.*

pro virili sua defensori; nos verò, salvo semper tantorum virorum iudicio, rectæ rationis ductum sequuti, nec minore suffulti auctoritate, Pietatem in numerum virtutum moralium referimus: maximè cum 1. & ipsi non minus quam reliquis definitio competat virtutis tam generalis quam specialis, etiam Aristotelica. (p) 2. Medium quoque sit inter duo extrema, imò 3. tale, sine quo felicitas civilis, quæ virtutum est finis, obtineri nullo modo potest. Elucet præterea 4. in actionibus hominum piis honestas, sicut etiam in impiis turpitudine.

*Thesis 4.*

**A** Theologicâ deniq; Pietate, ut ut extrinsecè convenire videantur, causis differt externis pariter ac internis: efficiens enim ejus immediata Sp. Sancti cooperatio; hujus mens rectè judicans & voluntas obtemperans: finis illius beatitudo æterna; hujus felicitas civilis: subjectum illius regenerati & fideles solum; hujus infideles quoque

A 3

&

(p) Arist. Eth. lib. 2. c. 6.

& non renati. Ratio formalitatis hujus consistit in convenientia cum lege naturæ; illius verò forma est fides, (σ) quemadmodum probat Meisnerus (τ) & Paulus ab Eitzen &c. (υ) quamvis in contrariam partem abeat Wendelin: (φ) cum aliis nonnullis ipsum sequentibus. Et licet Aristoteles nullam in Ethicis fecerit pietatis mentionem, prostant tamen & ejus & aliorum sanioris mentis Philosophorum gentilium, piæ prorsus de pietate sententiæ, quæ quid aliud sunt quam præcepta moralia, licet methodicè non disposita? Pythagoras & Phocylides præcepta sua ethica à monito de Pietate ordiuntur; quorū ille: (χ) Ἀθανάτῃς μὲν πρῶτα Θεῶς, νόμῳ ὡς διακείται, τίμα. &c. hic vero. (ψ)

Πρῶτα Θεῶν τίμα, μετέπειτα δὲ σέο γονῆας.

Πρῶτον μὲν εὐσέβει τὰ πρὸς τὰς Θεῶς, μὴ μόνον Ἰσῶν ἀλλὰ καὶ τοῖς ὄρκοις ἐμμένων.

in-  
quit

(σ) Rom. 14, 23. Heb. 11. 6. (τ) Phil. Sob. part. 1. Sect. 2. c. 2. qv. 3. pag. m. 312. (υ) Eth. lib. 1. cap. 8. (φ) Phil. Mor. lib. 1. cap. 7. p. 10. (χ) Aur. Sent. v. 1. (ψ) P. Æm. admon. v. 6.

quit Isocrates (ω) ἐκείνο μὲν γὰρ χρημάτων  
 εὐπορίας, τὸ δὲ τῶν τρόπων καλοκαγαθίας  
 τεκμήριον. Τίμαρ τὸ δαιμόνιον αἰεὶ μὲν, μά-  
 λιστα δὲ μετὰ τῆς πόλεως ἔτω γὰρ δόξεις ἅμα  
 τοῖς θεοῖς θύειν, καὶ τοῖς ὄρκοις ἐμμένειν. &c.  
 Et Cicero: prima dijs immortalibus officia  
 debentur. (ς) ut alios nunc sicco præ-  
 tereamus pede.

*Thesis 5.*

**A**bsolvitur Pietas notitiâ Numinis &  
 cultu: (α) omnis enim sapientia homi-  
 nis in eo sita est, ut Deum cognoscat & co-  
 lat, inquit Lactantius. (β) Notitia hæc  
 est vel (1) insita seu innata, habitus scilicet  
 primorum de Deo principiorum, intellectui  
 per naturam absq; mentis operâ impressus;  
 (γ) quem in homine dari (quicquid  
 contradicat Wendelerus (δ) cum toto  
 Peripateticorum choro) affirmat Cice-  
 ro, omnibus hominibus, quod sit Deus,  
 innatum & quasi insculptum esse di-  
 cens

A 4

cens

- (ω) Orat. ad Dem. c. 3, 4. (ς) lib. 1. de off.  
 (α) Nob. D. Mic. Gyllenst. Ergast. Viri. th. 9.  
 25. Reverendiss. D. Gez. Enc. part. 3 pag. 36.  
 (β) lib. 3. inst. c. 30 D. Gez. Enc. part. 1, pag. 174  
 (δ) Phil. Pract. Sect 2, c. 1. pag. 151.



cens. (ε) confirmat Apostolus (ζ) ubi  
 dicit: Τὸ γνωστὸν τῆ θεῶ φανερὸν ἐστὶν ἐν αὐ-  
 τοῖς· ὁ γὰρ θεὸς αὐτοῖς ἐφανερώσατο, hinc etiam  
 εἶπεν τα μὴ νόμον ἔχοντα, φύσει τὰ τῆ νόμου  
 ποιῆ, ἔτοι νόμον μὴ ἔχοντες, ἐαυτοῖς εἰσι νό-  
 μοις. (η) Vel 2, diligenti creaturarum con-  
 templatone vi discursus naturalis acquisita,  
 quâ confirmari insitam asserit Apost:  
 Τὰ μὲν ἀόρατα αὐτῶ ἀπὸ κτίσεως κόσμου,  
 τοῖς ποιήματι νοούμενα καθαράται, ἥτι αἰδίου  
 αὐτῶ δυνάμεις καὶ θεότης· εἰς τὸ εἶναι αὐτῶ  
 ἀναπολόγητος. (θ) eodem quoq; sensu  
 dixit Hermes Trismegistus: τῶς ὁράται  
 ἐν τῶ νοεῖν, ὁ δὲ θεὸς ἐν τῶ ποιεῖν. (ι) idque  
 haud immerito: mundum namque si  
 contemulamur aethereum, enarrant cali  
 gloriam Dei et opera manuum eius annun-  
 ciat firmamentum. (κ) hinc Cicero: quis  
 tam vecors est, inquit, qui cum respexe-  
 rit in Cælum, Deos esse non sentiat? (λ)  
 vel elementarem oculis si perlustramus,  
 presentem loquitur qualibet herba Deum:  
 idem

(ε) lib. 2. de Nat. Deor. cap. 2. (ζ) Rom. 1, 19.  
 (η) Rom. 2, 14. (θ) Rom. 1, 20. (ι) citante Lu-  
 sto Lipsio Pol. lib. 1. cap. 2, p. 10. (κ) Psal. 19, 2,  
 Esaias 38, 8. (λ) De Divinat.



Idem de μικροκόσμῳ iudicium esto: qui enim plantavit aurem, nonne audiet? qui finxit oculum, nonne videbit! (ν) hinc bona vel mala hominum conscientia; nam scelerati obstrepente conscientia, etiam si homines lateant ipsorum facta, *con-dormire non possunt*; (ξ) probi v. rectè factorum concilij in omni rerum vultu gaudent, συμμαρτυροῦσιν αὐτῶν τῆς συνειδήσεως, καὶ μεταξὺ ἀλλήλων τῶν λογισμῶν κατηγοροῦντων, ἢ καὶ ἀπολογουμένων. (ο) plura argumenta, pro cognitione Dei naturali adstruenda, possunt videri apud Alstedium, (π) Mornæum (ρ) Mutium Pansam (σ) aliosq; Philosophos æquè ac Theologos. Consulatur etiam Hermes Trismegistus (τ) ex contemplatione rerum visibilium existentiam Dei pulcherrimè adstruens. Nos, hac vice brevitatis studiosi, allata ad decisionem quæstionis sufficientia rati,

A 5

cum

(ν) Psal. 94, 4. (ξ) Curt. lib. 6. cap. 10. (ο) Rom. 2, 15. (π) Theol. Nat. part. 1. per 20. capita (ρ) Mornæus de Relig. Christ. cap. 1:2, 3a seq. (σ) de osculo Ethnica & Christ. Theol. (τ) Pimand. cap. 5. &c.

cum Cicerone \* concludere, nulli dubitamus, cum qui Deum non cognoscit, non modo ratione sed sensu carere. Imo vel tantæ esse stupiditatis ut etiam, num Sol sit, nec ne, dubitare possit.

*Thesis 6.*

**H**In planè à Deo nunquam inventi sunt, ignorantia scilicet puræ negationis, quamvis plurimi, proh dolor, etiam in gremio Ecclesiæ, sint, ignorantia pravæ dispositionis, (v) his enim naturæ stimulis homo excitatus, alijs quamquam ægerrimè se submittat, lapidem potius colit vel truncum, quam ut prorsus sine religione vivat: (φ) *Nulla gens inquit Seneca (χ) adeo extra leges moresque est projecta, qua aliquos non credat Deos.* Cujus sententiæ adstipulantur Historiæ sacræ atque profanæ: Babylo- nij Baal (ψ) Persæ Solem, (ω) Sveci  
**DEOS**

\* *Civ. lib. 2. de Nat. Deorum* (v) *Psal. 14, videatur Wendelinus Phil. mor. lib. 1. c. 8. th. 4. & Nob. D. Gyll. Fascicul. Quæst. Eth. memb. 2. qv. 3.* (φ) *Burg. 7d. Phil. mor. c. 13. p. 5.* (χ) *Ep. 11. 8.* (ψ) *3. & 4. Regum.* (ω) *Curt. lib. 3. 3.*

Deos Ubsalienses, (α) Finni Tapio &c, (β) Lappones præter Tiermen, Storjunkare, & Baivve, Deos illos majores, Seithas quoque suos ritè religioſeque coluerunt; (γ) Christiani autem, laus Deo ſempiterna, Creatorem veneramur cœli & terræ, unum in eſſentia, trium in perſonis, cujus cognitionem præter magnum naturæ librum, cum gentibus communem, ex limpidiſſimis Iſraëlis fontibus maximâ cum reverentiâ gratiaque haurimus.

### *Thesis 7.*

**O**ptimè de Deo ſentire pietatù eſſe exordium, *Auguſtinus dicit* (δ) probatumq; nunc eſt; ex præviâ tandem Numinis notitia, ceu fonte uberrimo eiufdem ſcaturit pullulatque cultus, quo homo creatorem ſuper omnia amat, veneratur celebrat, ſummamque in illo fiduciam collocat: nam ſapientia præcedit, religio ſequitur & prius eſt Deum ſcire, conſequens colere; *ε Deumq;*

(α) *Olaus Mag. Scheff Ubs. antiq* (β) *ex communicatione Prof. Gyllenſt.* (γ) *Scheff. Lapp. c. 9. & 10.* (δ) *Aug. de lib. arb. lib. 1. c. 2.*

(ε) *Deumque colit qui novit.* (ζ) sed proue fuerit hæc notitia de Deo vera vel falsa, sequitur cultus sanus vel secus. Est autem cultus hic vel i. *Internus* qui (α) *Amorem*, honorabilem illam sapientiam (η) complectitur, cujus ignem è corde hominis maximè eliciunt, *Eminentia Dei* atque *Bonitas*: pluris scilicet facimus ferro argentum, argento aurum, animata inanimatis &c. ob præstantiam eminentiamque, cur non Deum plurimi faciamus, qui his infinitis modis præstantior est atque eminentior! (ι) ὕλης γὰρ τὸ λεπτόμερέστερον αἶψ· αἶψος δὲ ψυχῆ. ψυχῆς δὲ ὄντος, inquit Trismegistus; (κ) cui sententiæ robur adjungit Cicero (λ) *bona præstantia atque perfectionis naturam Deorum esse affirmans, ut vel sola per se, ad colendum allicere sapientem debeat.* Bonitas denique Dei & beneficentia, quâ non solum nos, sed totum hoc universum nobis in commodum atque usum, fecit

(ε) *Lat. inst. lib. 4. c. 4.* (ζ) *Ep. 95.* (η) *Syr. 1. 14.* (ι) *Nob. D. M. Gyll. Coll. Eth. Disp. 4. th. 11.* (κ) *Pimand. c. 5, circa finem.* (λ) *lib. 1. de Nat. Deor.*

fecit, conservat, fovet, & gubernat, quam multas suppeditat causas religionis atque amoris prorsus prægnautes?

(b) *Timorem*, Deum omniscientem, cui quis non timeret? *Nihil ipsi clausum est; interest animis nostris & cogitationibus medijs intervenit* (μ) &.

πάντα ἰδὼν Διὸς ὀφθαλμὸς ἢ πάντα νοήσας; (ν)  
Aspiciuntque oculis superi mortalia  
iustis. (ξ)

Unde piè certè Epicureus: (ο) ὅταν κλείσητε τὰς ἕρας, καὶ σκότος ἔνδον ποιήσητε, μέμνησθε μηδέποτε λέγειν, ὅτι, μόνοι ἐστέ. ἀλλ' ὁ θεὸς ἔνδον ἐστὶ, καὶ ὁ ὑμέτερος δαίμων ἐστὶ καὶ τίς τῆτοις χρεία φωτὸς, εἰς τὸ βλέπειν τί ποιεῖτε; nec otiosus spectator, sed iudex idem & vindex: iustum ergo iudicem iustè cum timeamus, quanto iustius iustissimum (π) scelerum vindicem Deum?

### *Thesis 8.*

**I**ntelligimus verò hic timorem non servilem qui ab amore alienus, actum peccandi

(μ) Sen. Ep. 83. 2. (ν) Hesiod. 1. oper. v. 265.

(ξ) Ovid. 13. Met. v. 70. (ο) dissert. lib. 1. c.

14. notante Lipsio. (π) Exod. 20, 5.



peccandi sequitur, qualis fuit proto-  
 plastrorum à conspectu Dei fugientium,  
 (ρ) cui ut plurimū conjuncta est despera-  
 tio & consequenter æternum exitium,  
 quod horrenda Judæ (σ) Achitophelis  
 (τ) Sauli (υ) &c. exempla satis osten-  
 dunt: hoc namq; correptos timore ijs  
 annumerat Spir. Sanctus, quibus pars  
 assignata est in stagno igni & sulphure  
 ardenti. (ϕ) Sed *filialem*, qui actum  
 peccandi antecedit, ipsumq; impedit, &  
 initium sapientiæ salutatur. (χ) hunc  
 commendat regius Vates, (ψ) svadet-  
 què Seneca, dicens: *etsi Deos ad igno-  
 scendum paratos scirem, propter turpitudi-  
 nem tamen ipsam peccare nollem.* (ω) Si-  
 cut deniq; ignis in obscuro diu latere  
 non potest, quin fumo se prodat e-  
 rumpatq; subinde in flammā; sic Pietas  
 in animo delitescere nequit quo minus  
 se externis exerat ostendatquè gesti-  
 bus, linguamq; ipsam, imo totum ho-  
 minem ad Dei cultum excitet atq; ex-  
 tollat

[ρ] Gen. 3, 8. (σ) Act. 1, 16. (τ) 2. Sam. 17,  
 23. (υ) 2. Sam. 31, 4. (ϕ) Apoc. 21, 8. (χ)  
 Prov. 1, 7, Syr. 1, 10, (ψ) Psal. 2, 11. (ω) Ep. 25.



tollat; Quod cultum constituit 2. *Externum*, hinc templa intramus compositi, ad sacrificium accessuri submittimus vultum, togam adducimus, & in omne argumentum modestia fingimur, inquit Seneca. (α)

### *Thesis 9.*

**E**X cultu interno & externo simul resultat 3. *Mixtus*, qui positus est (α) in *invocatione*, quā periculis quibusvis ingruentibus in DEO nostrum quærimus refugium, semperque ab ipso necessaria petimus. Ille namque potentissimus est in *brachio fortitudinis sue* (β) liberandi nos ab omni malo & de manibus persecutorum; idemque optimus, imo ipsa bonitas, à quā omne bonum descendit perfectum. (γ) Gratissimæ quoque sunt in conspectu Dei efficacissimæque, preces piorum: opulentissimas ab Atheniensibus deportatas victorias Lacedæmoniorum *εὐφημίας καρπὸν* fatetur oraculum Apollinis; (δ) & ad septem dierum preces, quibus opem implorabat divinam, populus Israeliticus

(α) *Sen. Nat. Quæst. lib. 7. c. 30.* (β) *Luc. 1. 51.* (γ) *Iac. 1. 17.* (δ) *Wend. Phil. Mor. lib. 1. c. 10. 11. 2. p. m. 198.*

cus, concidère Jerichuntinà mœnia. (ε) sic scilicet non tantum patefaciunt per mœnia aditum tormenta bellica quam ipsa oratio! (ζ) Hujus virtutis studiosissimum laudat Max. Tyrius Socratem, in hunc maximè modum: (η) Σωκράτης εἰς πειρατῖα κατήει προσευξόμενος θεῶ, καὶ τὰς ἄλλας προετρέπετο, καὶ ἦν ὁ βίος Σωκράτους μετὸς εὐχῆς. &c. Ethnicum hunc si imitarentur Christiani, horrendâ illâ imprecandi maledicendique consuetudine tot in perniciem non ruerent. (θ) (b) in *gratiarum actione*. Atrox adeò spurcumque ingratitude est vitium, ut, cum ab hominibus puniri satis non possit, Seneca illud inter ea quæ ad Deos vindices mittuntur, relinquat; (ι) nihil verò honestius quam de nobis benè meritos amare, condignisq; laudibus celebrare. Hinc Gratias juvenes, sine dubio, finxere Poëtæ, pinxere Pictores, quod beneficiorum memoria nunquam oportet

(ε) *Iosua* 6, 10. (ζ) *Didacus Saavedra* *Idea Principis Symb.* 25. pag. m. 198. (η) *Tyrius disert.* 30. (θ) *vid. Drexel. Phœt.* cap. 26. § 27. (ι) *de Benef. lib.* 3. c. 6.

oporteat senescere. Ad ἀντίδωτα etiam  
 Iex naturæ nos obligat, quin & brutis,  
 beneficia ut sentiant, dicente Senecâ (κ)  
 probante experientiâ, ἀνπιλάργεια  
 provida implantavit natura. Unde E-  
 pictetus, in signe illud Pietatis exemplū:  
*Etiamne ego aliud prastare possum, senex clau-  
 dus, quam celebrare Deum? etenim si lusci-  
 mia essem, facerem quod solent lusciniæ, sicut  
 cygnus cygni more canerem: nunc autem ho-  
 mo cum sim, quid faciam? Laudabo Deum,  
 nec cessabo unquam. Cultus enim Deorum  
 optimus est, idemque castissimus, & sanctis-  
 simus, pietatisque plenissimus, ut eos semper  
 purâ, integrâ, incorruptâ & mente & voce ve-  
 neremur, docet pulcherrimè Cicero. (λ)*  
 Pura, scilicet, Deus mens est, purâ vult  
 mente vocari.

### *Thesis 20.*

Sed habet & Pietas, quemadmodum  
 & reliquæ virtutes, sua extrema, inter  
 quæ ceu periculosissimos scopulos Syl-  
 lam & Carybdim, cautè navigandum,  
 si modò virtutis tramitem servare, feli-  
 cita-

B

cita-

(κ) de Benef. lib. 1. c. 3. (λ) lib. 2. de Nat.  
 Deor. Oper. 1. 4. pag. 39.

citatisque in arcem olim auspiciatò in-  
 tromitti voluerimus. In excessu *Pietati*  
 contrariatur *δεισιδαμονία*, idolatria &  
 superstitio, quâ quis præter ritus patrios,  
 inter Christianos verò, verbum Dei,  
 vel novos comminiscitur cultus, (μ) vel  
 scrupulosè nimis in dogmata fidei, juxta  
 ductum cæcæ rationis inquirat: (ν) τῆς γὰρ  
 ψυχῆς νόσιμά ἐστι τὸ κακῶς καὶ πειρώως ζητεῖν  
 περὶ Θεῶ inquit Basiliius. (ξ) consultum  
 itaq; fuerit morem gerere Poëtæ ca-  
 nenti: [ο]

Θεὸν νόμιζε, καὶ σεβασ, ζητεῖ δὲ μή-  
 πλείον γὰρ ἔδεν ἄλλο τῶ ζητεῖν ἔχεις.

nam, ut ait Damascenus, (π) τὸ Θεῖον  
 ἀκάληπτον πάντως καὶ ἀνώνυμόν ἐστι. ad mo-  
 nitum ideoque Hilarij (ρ) Deus religio-  
 ne iutelligendus est, pietate profitendus  
 est, sensu vero persequendus non est.  
 Hoc vitio intacti prorsus non sunt Pon-  
 tificij, aliique dierum ciborum vano-  
 rum-

(μ) *Nob. D. Gyllenst. Erg. virt. thes. 12.*  
*Coll. Eth. p. 110. Rev. D. Gezel. Enc. part. 3.*  
*pag. 25. (ν) Axel. Kempe Eth. cap. 4, p. 116.*  
*(ξ) Hom. 22. (ο) apud Stob. lib. 2. Eccl. Eth.*  
*c. 2. (π) lib. 1. de Fide c. 13. (ρ) de Trin. lib. 2.*

εὐνοίᾳ; somniorū observatores vani, qui  
μάτησ' εἰσβόηαι τὸν θεὸν, διδάσκοντες διδασκα-  
λίας, ἐν ἄλματι ἀνθρώπων. de quibus præ-  
ter alios consuli potest Paulus ab Eitzen  
argumentum hoc prolixè deducens.  
In defectu verò pietatis hostis est infen-  
sissimus, ἀθεϊσμός, impietas in specie sic  
dicta, seu bestialis atq; Cyclopica securi-  
tas, quâ homo nullo pietatis religionisve  
sensu tactus, quasi Deus non esset, vitam  
instituit, & talis Dei contemptus vel in  
corde latet, vel dictis factisque expri-  
mitur. Hoc vitio notatur Cyclops ille  
apud Euripidem, qui ventrem colens  
cæteros se Deos ignorare professus est,  
turpissimiq; ejus, etiã hujus seculi, imita-  
tores, de quibus in sacris literis passim.  
& Pugil Homericus qui ignavorum  
esse dixit divinam implorare opem, for-  
tes vel sine eâ vincere; cujus funestus  
tragicusq; exitus, non inultæ impietatis  
omnibus sit documentum. Et hæc de  
Pietate morali nunc sufficiant; Spiritua-  
li, quæ futuræ etiam vitæ promissio-  
nem habet, nos ornet Θεοσιμέγιστος;  
cui gloria semper!

Vita



*Vitæ Elegantiâ & Eruditione Præ-*  
*stantiff: JUVENI*

DN. NICOLAO CRUCELIO,  
Philosophiæ Candidato lauda-  
tissimo.

*Pro gradu Magisterii erudite De PIETATE*  
*differenti, Amico suo in paucis dilecto: sum-*  
*mos in Philos. honores hoc schediastmate*  
*animitus gratulatur:*

Quod tanto, sôphiæ studiis, feruore  
CRUCELI  
Desudas, Musis ritè probatus eris.  
Maeste! tuos ausus cæli sapientia summi  
Dirigat in patriæ, ter benedicta,  
decus!  
Et non invitè tibi Turba novena la-  
borum  
Decernet citius præmia digna. Vale!

L. Mg

JOH. FLACHSENIUS,  
b. s. Acad. Rector.



Ad

*Pereximium Philosophiæ Candidatum,*

DN. NICOLAUM CRUCELIUM,  
Amicum per dilectum,

Exemplum Pietatis inter Paren-  
tes & Filios :

**A**ërio insignis PIETATE ticonia nido,  
Investes pullos pignora grata fovet :  
Hæc eadem expeñtat sibi munera mutua reddi,  
Auxilio hoc quotiès mater egebit anus.  
Nec pia spem soboles fallit, sed fessa parentum  
Corpora fert humeris, præstat & ore cibos.  
Christus & ingressus tibi sit & exitus, ut qui  
Hocce pium meritâ fronde coronat opus !

L.Mq;

Positum

ab

ENEVALD. SVEN.  
Q.G.A.S.S.Th.Doct.  
Prof.Prim.& Pastore.

VIRO

VIRO JUVENTI

*Præstantissimo & Politissimo*

DN. NICOLAO CRUCELIO  
Suderman,

Philosophiæ Candidato dignissimo, amico  
sincerè dilecto; de virtutum maxima Pietate,  
pro summis in philol. honoribus ritè obti-  
nendis publicè disputanti :

**S**ic tua nunc pietas Cruceli flosculè  
præstans

Qui modo sis patrij gemma decus-  
que Soli,

Compensat; fructus referens cum fœ-  
nore largo ;

Sed capiunt soli quos pia vita beat.

Sic Helicon donat, sic Pindus munera  
spargit

Castalidum; Laurus moxque tiara  
caput

Cingent, ut pateat didicisse fideliter  
artes

Temet Pieridum; cur tua fama manet.

Id saltem voveo contingat sidere fausto  
Musarum capiti sacra corolla tuo!

*ex animo quidem sed occupatissi-  
mus adclamabat*

JACOB. FLACHSENIUS.

Signor NICOLÒ CRUCELIO

**G**odo, che il vostro merito habbia ricevuto  
una caparra d' honore, nello Collegio dei  
Philosophi; E mi vallegro con la patria, che pro-  
verà gl' impieghi fruttuosi d' un Soggetto  
savio et piússimo. Conservi il signor Dio,  
la vita di V. S: per ornamento della vostra Pa-  
tria, e per utilità della Chiesa, mentre cara-  
mente le bacio le mani.

SAMUEL Gyllenstålpe.

**Δ**ουὸν ὄντων τῶν βίων, ὧν ὁ μὲν ἔστι θεωρητικὸς,  
ὁ δὲ πρακτικὸς ὁρθῶς ἐνόμισας τὸν θεω-  
ρητικὸν τῆ πρακτικῆ διαμαρτάνοντα ἀνωφελεῖ  
εἶναι. Ταύτην γὰρ τὴν τῆς φιλοσοφίας ἰπιστήμην  
θεότως τιμῶμεν, ἢ ἡμῖν τὴν τῆ καλῆ ἐ ἀίχερῶ,  
δικαίῃ καὶ ἀδίκῃ, τῆ ἀρετῆ καὶ φευκῆ δια-  
φορὰν ἐνδαίκνυσι, καὶ ἔ μόνον τῆς, ἀλλὰ ἐ τῶν  
ἡδονῶν ἡμᾶς ἀπέργει, ἰπὶ δὲ τὰς ἀρετῆς προ-  
τρέπει, ὧν ἢ μὲν πρὸ τῆ Θεὸν εὐβέβεια μεγίστη ἔστι.  
ὡσπερ δὲ ταύτην τὴν ἀρετὴν ἐξ ἀπαλῶν ἡσκησις,  
ἴτω καὶ νῦν πὰς τῆς φιλοσοφίας τιμᾶς ἐφόμενος,  
πρὸ ταύτης διάλεξιν πεπαιδευμένην συνέγραψας.  
Ἐγὼ παρέσθης σοι συνήδομαι δόξης καὶ τὰ λοιπὰ  
πάσῃ σοι προσεύχομαι εὐτυχίαν. Ἐρρώσο.

Pereximio Dn. Respondenti, Phil. Can-  
didato meritissimo, amico suo honorando  
ita festinanter gratulari voluit

E. FALANDER.

Monſieur

**L**A Pietèſ eſt profitable a toutes choſes, comme raconte la ſaincte Eſcriture, & la experience teſmoigne tous jour, Partant loue vous, mon chere Maïſtre, la meſme, ſouventes fois, en cete voſtre Traicté, que eſt compoſe de Eloquence & ſcience. Dieu vous donne bon heur de voſtre entreprinſe! comme je vous ſouhaite de tres bon coeur, et demeure par ma vie

Votre

Fort obligè

GUSTAF JOH. Gùldenhoff.

---

**H**erculis, inſipiens niſi ſit, memorabile factis  
Quis non extollat, dicat & egregium;  
Cum praberent ſe ei virtus vitiumq; voluptas;  
Virtuti requiem quod dedit ille bona?  
Herculeos quis non ſine ſuoco dicat, amice,  
Ausus egregios, ter honorande, tuos?  
Herculei cum ſint, val Momo iudice, cernes  
Semper honorem idò crescere Tiberculeum.

Pereximio Dn. Candidato, Fautor.  
& amico ſuo ſingulari ſic  
gratulari voluit.

PETRUS OSENIUS